Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



15.

Pleni sunt celi et tra:
maiestatis glorie tue. Te gloriosus apostolorum
chorus. Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martirum candidatus laudat exercitus. Te per orbem terrarum sancta confitetur
ecclesia. Patrem immense maiestatis. Ve
nerandum tuum verum et unicum filium. Sanctum
quoque paraclitum spiritum. Tu rex glorie xpe.
Tu patris sempiternus es filius. Tu ad
liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis uterum. Tu devicto mortis
aculeo: aperuisti credentibus regna celorum
Tu ad dexteram dei sedes: in gloria patris
Iudex crederis esse venturus. Te ergo
quesumus tuis famulis subueni. quos pretioso
sanguine redemisti. Aeterna fac cum sanctis
tuis gloria munerari. Salum fac populum
tuum dne. et benedic hereditati tue. Et
rege eos. et extolle illos usque in eternum.
Per singulos dies. benedicimus te. Et
laudamus nomen tuum in seculum. et in seculum
seculi. Dignare dne die isto. sine peccato nos
custodire. Miserere nri dne. miserere nri.
Fiat misericordia tua dne super nos. quemadmodum